

3049

## LITURGICI.

3050

do iudicio, sunt pulcherrimè compositi, spirantque etiam in Musica Diuinum V.<sup>rae</sup> M.<sup>tis</sup> Ingenium; sed me humilem M.<sup>tis</sup> V.<sup>rae</sup> seruum præ reliquis delectat versus: Benigne fac Domine: hic enim quoties auditus Tantum auditui meo gaudium & lætitiã affert, ut ipsam Quadragesimam lætissimam faciat. Viue Magne Cæsar, & cum Tuo Dauide, Vince, Deo cane, & inter Victorias consenesce. Cæsar. M.<sup>tis</sup> V.<sup>rae</sup> humillimus seruus, & cliens: Georgius Moser Notista.

DCCCXLI.  
Codex chartaceus lat. Sec. 6 XVI. Folior. 74. f. max. Continentur eo Threni five Lamentationes Jeremiae Prophetæ, quas Michael Echamer Variscus Augusti Pii Electoris Saxonie Musici chori collega musicis numeris quinque Vocum inclusit et D. Rudolpho II. Rom. Imp. præmissa 12. Distichor. Elegia dicavit. Iuvat inde excerpere, quæ ad perpetuam Austriorum Principum in Artem musicam propensionem contestandam faciunt:

Diue igitur salue Rudolphe Patrone canentum,  
Munera et hæc clemens musica Cæsar habe.  
Hæc Fernandus auus, Pater hæc et sumptibus ultro,  
Et coluere animo Cæsar uterque pio.

Codicem eleganter scripsit Christianus Hollandus.

DCCCXLI.

452 Codex membraneus lat. Sec. partim XIV. partim XII. Folior. 40. 4. partim per duas columnas, partim lineis longis exaratus complectitur: I. Hymnos quatuor, quorum Primus, Ricmus Sancte dei genitricis, vulgo S. Casimiro

Casimiri IV. Regis Poloniae filio tributus, cujus vel ex hoc Codice esse nequit, qui multo ante pium hunc Iuvenem anno 1484. raptum scriptus est. Itaque certius ad Conradum Carthusiae Gemnisenfis in Austria Priorem Caroli IV. Imp. aevo refertur. Vide Cels. Gerberti T. II. de Cantu et Mus. sacra p. 27. Hymni initium:

Omni die. dic Marie. mea laudes anima &c.

Secundus, Alius ricbmus de corpore christi, 13. Stropharum, quarum prima:

Aue viuens hostia veritas et uita.  
Per quam sacrificia cuncta sunt finita.  
Per te stat ecclesia iugiter inuisa.

Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

Mm

For-